



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 86. Varii Religiosorum Ordines in Regno Franciæ admissi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

quærebat, cuius jussu & auctoritate con- Sæc. XVII.  
 ventus esset habitus: eo autem respon- A. C. 1604.  
 dente, id jussu Regis factum, Harlæus  
 petiit, ut de decreto seu potius libello  
 famoso nuper condito rationem redde-  
 ret: mox Petraviva intrepide repo-  
 suit, quod ipsem et conventum celebrari  
 institisset, accepto mandato ab eo, qui  
 & in eum & in Senatum jus imperii  
 habet. Hanc audaciam indignatus  
 Præses, eum in crimen læse Majestatis  
 incurrisse pronuntiat, moxque conver-  
 so ad Apparitorem sermone acta deli-  
 berationis sibi exhiberi petit, rursum  
 que Petravivam interrogat, a quo man-  
 datum conventus indicendi emanasset,  
 quo respondentे, quod illud a Rege ex  
 ore Cancellarii exceptum, & per illum  
 Cardinali Gondio intimatum fuerit, de-  
 nudo interrogabatur, cur tam infrequenti  
 cætu id factum esset, reposuit Petra  
 viva, triginta septem Theologos inter-  
 fuisse, hunc autem idoneum esse nu-  
 merum ad decretum sanciendum. Di-  
 missis itaque illis Senatus censuit, ut  
 Curia de tota re decerneret. Ita sup-  
 pressis Sorbonicæ censuræ actis amplius  
 suspensa est a Senatu deliberatio.

### §. LXXXVI.

*Varii Religiosorum Ordines in Re-  
 gno Franciæ admissi.*

Sub

Sæc. XVII. Sub idem tempus Henricus France  
A.C. 604. Rex non modo Jesuitis, sed van-

etiam aliorum Ordinum Religiosis se-

*Thuan. l. c.* propitium ostendebat, atque inter eos

*Calmet Hist.* Recollectis in via, quæ ad Vicenarum

*Univers.* castrum ducit, Parisiis Monasteriis

*Abregé de l'hist. Eccles.* exstrui concessit. In suburbio Santi

Germani Fratres de Misericordia, qui

ægrotos curant, valetudinarium suum

construxere: Fundatum quoque ut v-

rorum, sic & fœminarum Fuliacensis

Tolosæ cœnobium. Theresianæ ex His-

pania acerbitæ, quæ Carmelitarum

Regulam profitentur, in S. Michaels

suburbio ad S. Mariæ in Campis domi-

cilium struxere, præter alium amplissi-

mum Conventum in suburbio S. Jacobi

Parisiis. Demum Capucinæ ex Bitti-

ricensi urbe ad Pontem Elio fuerunt

translatæ, constructo Regiis sumptibus

cœnobia, ubi Aloysia, quæ Henricill.

Regis uxor erat, corpus Molinio Boe-

rum asportatum terræ mandatum est

### §. LXXXVII.

#### Continuatae Congregationes de au-

xiliis.

*Hist. Congr.* Disputationes hucusque ob solemnia

*de Auxil.* Epiphaniæ festa interruptæ ad ini-

*l. 3. c. 30.* tium hujus anni summo cum fervore

*Hist. Con-* reassumebantur, & quidem die vigilia

*trov. l. 5. c. 28.* Janua-